

quam laudem & certam obtrectationē existimationis mēx,  
quum factiosa superbaque ingenia passim occurrant, quā  
multa tanquām adulatōne aut odio deprauata interpreten-  
tur. Verum malignis aut ignorantibus, egregii probique ho-  
mines, inter quos tu ab excellenti uirtute maxime illustris  
emines, tanquām iurati testes respondebunt, indignum esse  
ut ei maledicatur, qui ingenuo labore incomparabilem  
utilitatem tot expressis uitæ exemplis cum hone-  
stissima uoluptate & uiuis & posteris attulerit.

Vale. Romæ x i. Kal. Maias.

M D XLVIII.